Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Miscellanea - theologisch-literarisch-historische Textkompilation (meist kurze Exzerpte und Sentenzen) eines Geistlichen mit breitem Bildungshorizont - Cod. St. Blasien 42

[Oberried (?)], [um 1756-1764]

Lateinische Gratulatio und Singspiel, aufgeführt in Tiengen beim Amtsantritt von Joseph Ignaz Koller als Archi-Praefectus des Klettgaus

urn:nbn:de:bsz:31-49692

Visual Library

AMICa SaLVtatIo DICta,
oder
FreVnDLICher WILLkoM,
Seu
ODe gratVLatorIa honorI,
et AMorI ConseCrata,
Cum
Pernobilis, Excellentissimus, consultissimus ac Clarissimus Dominus Dominus Josephus Ignatius Koller de [illegible] et Zunderberg juris utriusque Doctor a Serenissimo Principe de Schwarzenberg inspectabilis Praesidis inclyti Regiminis Cancell., et [illegible] totius Regionis Kleggoviae Archi-Praefectus destinatus, urbem hanc nostram gratiosi adventus sui splendore illustraret, et stabilem in ea praeclari officii sui sedem figeret, communi exultantis Patriae applausu exciperetur,
Seu
Exultantium Sensuum affectus Argumentum et perpetuum profundissimae Devotionis Monumentum
A Musis et Musicis Thüengensibus Senatu Metro animata,
et
SoLeMnI CorDIs, et OrIs Voto Cantata.
Thüengo 12ma Januarij.

Recitativ:
Leva in Circuitu oculos tuos et vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. (Isai. 60. v. 4.)

Aria a 2bus vocibus.

1mo.

Quam serena lucis hora,
Surgit splendens et Aurora,
Nobis jam exoritur,
Dum hoc radiis nitescit,
Vetus dolor evanescit,
Omnis luctus moritur. Da.

2.

Hoc est Dies gaudiorum,
Quo ornata serti florum,
[illegible] ingentia,
Hoc est Dies, quo ditavit,
Et nos tanti illustravit
hospitis Praesentia.

3tio.

O hora! hora, fortunata,
Urbi, Regioni grata,
[illegible] premio,
Laudes Deo decantamus,
Nos indignos aestimamus,
tam ingenti Praemio.

Recitativ. [struck through] 10:

Et quidem sapientis legeratum:
Ante Mortem ne laudes hominem. /: Eccl. 11. v. 30: /
Sed est etiam Divini Oris Effatum:
Vir fidelis multum laudabitur. /: Prov. 28. v. 20: /

Aria a Voce sola.

4.to

Bene providenter egit
Quem ex multis elegit,
Princeps Schwarzenbergicus.
Quam beneficiatur
Nigro Monti adaptatur,
Talis Carbonarius.

5.to

Mira sorte est beatus,
Dum in Capite consecratus,
Sedulus Regiminis.
Quisnam tale capit Signus,
Quis tam Celso gradu dignus,
Vix: Expers Criminis.

6.to

Virtus in se sedem fixit,
Sibi Sacramentum dixit,
Pietas in superos;
Dum a Cunis secum crevit,
Et constanter adolevit,
hoc Sacrata Caelibos.

7.mo

Inter gratiarum flores,
Et justitiae Rigores,
uno junctis sedere,
Fundentibus Mellis fontes,
Sibi Sacrae plectunt frontes,
Nullum valent laedere.

8.vo

Ad Amussim judicando,
Aequa Lance trutinando,
Sola Causae Merita
Comprobaris Verax Recti,
Nullo Motu potes flecti,
Grata tantum est Gratia.

9.no

Auri splendor quem non rapit,
Nec Donorum Fames capit,
Laudes fert non modicas,
Inter Mira numeratur,
Et Beatus proclamatur
teste ~~[struck through]~~ sacro Codice. /: Eccl. 31. v. 8: /

10.mo

Hoc Bonorum occupavit,
Summa Laude exornavit
Virtus ineffabilis,
Dum Unguenta non sectaris,

Qui ex Avibus es raris,
Vere Vir Mirabilis. :|: no.

11.

Dexter adest consulendo,
Et perfelix in agendo,
Dives sapientia,
Sic jam loquatur Doctrina,
Quam fundavit Lex Divina,
Et jurisprudentia. :|: no.

12.

Quod ubique est perfectum,
In te uno est collectum,
Omnibus es Maximus,
Sed: quod universis patet,
Hoc te unum solum latet,
Tibi tu es Minimus. :|: Dio.

13.

Hinc Augusta impallescit,
Regi valens erubescit
humilis Modestia.
Sed si nostra Vox tacebit,
Loquax fama non silebit
Merita Carbonia.

Recitativo.

Cui tributum, tributum. /: Rom. 13. v. 7 :/
Sonat Apostolica tuba constitutum.
Tunc ergo chara soror! homines omnium,
Praesta mecum fidelitatis homagium.

Aria a 2bus Vocibus.

14. to.

Jam Carbones sunt succensi,
Ignes ~~[illegible]~~ concremant immensi,
Subditorum viscera.
Sic omnes una calent,
Omnes Credere valent
prosternentes pectora.

15. to.

Sancta fides sit jurata,
Stipulata Manus data,
Tibi Praeses optime!
Jussis tuis more parebunt,
Quaevis Nutus adimplebunt,
Omnes integerrime.

16. to.

Ad devotas tibi Mentes,
Addictissimos Clientes,
Dulcis Pater suscipe.
Grandes summas Gratiarum,
Pelle, quidquid est amarum,
Nos potenter protege.

Recitativo.

Videbis, et afflues, et mirabitur, et dilatabitur Cor

tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo.
[: Isaj. 60. 4. 5. :]

Eja ergo laeti fides animate,
tubas, et Cornua inflate,
Tympanis concrepate,
Et sonoris vocibus metrum ovantes
Cantate, Cantate, Cantate.

Aria pleno Choro.

17.mo

Omnes ergo jubilemus,
Laeta Voce personemus,
Festa Cordis Cantica.
Tibi serenum gratulatur,
Mille fausta apprecatur,
Omnis turba Civica.

18.vo

Sic Conversi in se cedat,
Tristitia nihil ne invadat,
Comes sit Clementia.
Causis praesidium legat,
Et ad finem suum regat,
Dei Providentia.

19.no

Protrahatur Menti quies,
Elevant hic laetae dies
In longaeva saecula.
Felix rego, et guberna,
Bona terrae, et superna
Fundat Cornu Copia.

20.mo

Vive laetus, vive sanus,
Meritis, et annis Canus,
Sic exoptat Patria.
Donec tandem sero ~~[illegible]~~, scandas,
Et sic tibi sibi pandas
Clara Coeli Atria.

21.mo

Vivat Jo, et virescat,
Ut sublimis Cedrus crescat,
Nostri Amor Rectoris.
Hoc a Deo exoramus,
Et ardenter hoc optamus,
Vivat Annos Nestoris.

22.do

Quisque ut Parentem Amant,
Vivat, vivat, omnes clament,
Filii, et filiae
Sic Marggravia dat Vota,
Tibi Mancipata tota,
Vivat Pater Patria.